



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

7. An senex sexagenarius robustus teneatur iejunare post annum sexagesimum, si vovit iejunare pro toto tempore vitæ suæ? Et an qui vovit iejunium quotidie per mensem, teneatur iejunare die Dominico? ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

# Tractatus Quintus

204

## RESOL. VI.

*An senes sexagenarij robusti, & validi teneantur ad ie-  
uniuia?*  
*Et quid dicendum, si dubium est, an in supradicta aetate  
sint robusti, & validi ad ieunandum?*  
*Et ex doctrina supradicte questionis infertur, an adoles-  
centes robusti, & validi teneantur ieunare ante vige-  
sum primum annum?*  
*Et notatū exensari à ieunio sexagenarios, qui toto vite  
tempore voverunt ieunare certis diebus hebdomadæ, vel  
annii.*  
*Etiamque aduertitur; quod senes sexagenarij robusti, &  
validi non sunt damnandi ad triremes. Ex part. i. tr. 9.  
Refol. 20.*

Sup.hoc in Res.præterita §.1. & infra in Rel. 8. si gnater à lin. 5. Sed licet, & in Rel. 6. & 5. Et ideo à princ. vsque ad med.

§.1. **L**uis fortasse hæc quæstio alicui videbitur; sed ita minimè est: nam cum paucis commilitoibus aduersus plures huius militiæ fortissimos duces, aggredior pugnam.

2. Dico igitur, fer' omnes DD. affercere senes sexagenarios viribus pollentes non excusari à Præcepto ieunij. Ita docet Layman in Theol. mor. lib. 4. tract. 8. c. 3. num. 1. & 2. Sylvius in 2. 2. D. Thome, quæst. 147. art. 4. Tannerus in 2. 2. disp. 3. quæst. 6. dub. 5. numero 191. Lessius de iust. lib. 4. cap. 2. dub. 6. num. 41. Fagundez de Præcepto Ecclesiast. 4. lib. 1. cap. 8. num. 10. & 1. Filliulus tom. 2. tract. 17. p. 2. cap. 6. num. 112. Reginaldus tom. 1. lib. 4. cap. 17. scilicet 1. num. 209. Valentia tom. 3. disp. 9. quæst. 1. punct. 5. Azor. lib. 7. part. 1. cap. 17. quæst. 4. Ioan. de la Cruz in direct. consig. p. 2. præcept. 3. art. 4. dub. 9. concil. 2. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 23. dub. 4. num. 6. Campanili in dñer iur. can. rub. 7. cap. 6. num. 51. Bonacina de legib. disp. 10. quæst. 1. pñct. vlt. num. 4. Vgolinus de potest. Episc. cap. 9. num. 6. Ledesma in sum. tom. 2. tract. 17. cap. 1. concil. 5. dub. 1. Fernandez in exam. Theolog moral. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 20. Victorellus in Notis ad summam Tolet lib. 6. cap. 4. num. 1. Et à fortiori docent hanc sententiam DD. differentes, senes tantum septuagenarios immunes esse à lege ieunij: ita Gabriel in 4. disp. 16. quæst. 3. art. 1. notab. 4. Sylvest. verb. ieun. quæst. 6. disp. 2. Tolet lib. 6. cap. 4. num. 2. Rosella ead. verb. num. 15. Tabiena ead. verb. num. 18. quæst. 17. cum aliis: & DD. affercentes, vt excusentur senes à lege ieunij, attendendum esse robur corporis, & complexione naturæ, & iuxta eam iudicandum est; & idem totum hoc arbitrio prudentis viri reclinendum est: & ita docet D. Antoninus p. 2. tit. 6. cap. 2. §. 7. Palatius in 4. disp. 15. disputatione 8. concil. 4. Graffius p. 1. lib. 2. cap. 17. numero 43. Vegha in summ. tom. 1. cap. 14. cas. 1. Rodriguez in exposit. Bull. Cruc. §. 7. num. 2. Summa Corona part. 1. cap. 1. n. 80. & alij.

3. Itaque ex mente horum DD. manifestè apparer, senes sexagenarios, si ad sustinendum ieunium evidenter, & certò viribus polleant, debere ieunare, non autem in dubio: quia ieunando exponent se periculo graui incommodi, ad quod Ecclesia non videtur obligare. Nec valet dicere, quod sicut adolescentes robusti, & validi non tenentur ieunare ante annum vigesimum primum; ita neque senes post annum sexagénum obligabuntur ad legem ieunij: nam respondet, non esse vt bene obferuat Valentia, ubi supra, parem rationem in senibus, & adolescentibus, quia natura non ita determinata præstituit senibus tempus defecus, sicut adolescentibus tempus profectus, atque augmenti. Deinde sunt aliqui sexagenarij tam valida complexione, vt dubitare non possimus, eos absque villa corporis, & salutis læsione ieunare posse, quare ergo non ieunabunt? Facit etiam pro hac sententia id, quod probat Riccius p. 3. decif. 2. 3. num. 6. & Nonarius in praxi, q. 18. scilicet 1. n. 4. senes sexagenarios

Pro conten-  
to in hoc  
verf. Facit,  
in to. 2. tr. 4.

non esse damnados ad triremes: secùs autem si sunt non robusti, & validi.

3. Attamen, his minimè obstantibus, licet supra dictæ sententiae sint omnes probables, ego non minus probabilem illam existimo, quæ docet in ætate sexagenaria senes, licet viribus polleant, certo, & infallibili exculcat à lege ieunij. Vnde miror, Fagundez hanc opinionem vocare parum tutam: licet addat, non omnino improbatum: non enim defant validissime rationes ad illam confirmandam; & Autores magni nominis illam mordicus tenuere. Hic sunt, doctissimus, Theologus Llamas in sum. part. 3. cap. 5. §. 20. vbi affert quod interrogatus de hac re Pius V. viua voce ita respedit. Idem docet Mollesius in summ. tom. 1. tr. 10. cap. 4. n. 37. Ortiz in sum. cap. 19. num. 11. Joseph Angle, in 4. sent. part. 2. quæst. 6. dub. 6. Sanchez de Mairim. tom. 2. lib. 7. disp. 3. n. 17. & Portell. in dub. regal. part. 1. verb. ieunium, num. 5. Vide etiam doctum Granadum in 2. D. Thome, contr. 7. tr. 3. part. 1. disp. 6. scilicet 5. n. 39. & long. nem Franciscum Suarez in Enchir. cas. conscientia, lib. 7. verb. ieunium, §. Alij tamen.

5. Probatur hæc opinio, quia, vt afflunt Medici, hæc senum robora extimatio est illufria: nam est ea ætas ex se adeo debilis, vt faciliter ex causa ab illo putato robore deturbetur, nisi cibi alimento sibi subveniat: natura enim in illa ætate languescit, & ad interirum properat; & sanitas dictorum senum non est firma, & constans; sed fallax, & incerta, & media, & inter morbum, & perfectam sanitatem, vt testatur Galenus lib. 5. & 6. de san. men. & licet aliqui sexagenarij validi, & fortes videantur; tamen, vt diximus, eorum natura prolabiliter, & ad interirum tendit, atque adeo ad minicula cibi frequentius sumptu indiget, vt non tam præsenti statui, quam futuro consulatur. Deinde Pius V. & Pontifices subsecuentes, denegantes Clericis, & Religiosis esum lacteiniiorum, virtute pulle Cruciatæ; excepterunt tamen senes sexagenarios quæ ratione consentaneum sit, vt in ea ætate deficiunt naturæ confulant. Ex his rationibus, & aliis, quas inuenies apud citatos Autores, appetit, supradictam nostram sententiam esse probabilissimam. Vnde sapius non dubitauit ego illam in praxi consulere: & ita etiam sentiunt multi PP. ex nostra Religione, & Societate Iesu, de hac re à me consulti.

6. Notandum est etiam, Sanchez in summa excusare à ieunio sexagenarios, qui toto vite tempore voverunt ieunare certis diebus hebdomadæ, vel annii. contrarium verò docet Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 8. cap. 3. n. 2.

## RESOL. VII.

*An senex sexagenarius robustus teneatur ieunare po-  
annum sexagesimum, si vovit ieunare pro toto tem-  
po vita sua?*

*Et an qui vovit ieunium quotidie per mensim, teneatur  
ieunare die Dominicæ?*

*Et an si aliquis vovisset omnibus diebus totius anni ab-  
stinere a carnis, sit obligatus ab illis abstineret etiam  
diebus Dominicis?*

*Idem est, si vovisset abstineret ab ovis, & lacteiniis, an  
aliquo alio cibo, v. g. pisib[us], &c. Ex p. 10. tr. 16. &  
Misc. 6. & Ref. 10.*

§.1. **P**ro negativa sententia P. Pasqualigus in prædicta sententia, decif. 60. me ipsum adducit, sed pro affirmativa etiam me adducit P. Bossius in Mor. lib. 3. titul. 21. §. 7. n. 372. Vterque tamen non bene, quia ego tantum rectul sententias contrarias Sanchez, & Layman, vt obseruat Leandrus de precept. Eccles. tract. 5. disp. 8. quæst. 1. Sed modo iste

clare respondeo distinguendo. Dico itaque cum Lean-  
dro, non teneri ieiunare post annum sexagesimum,  
nisi alias votum expresse voluerit se obligare etiam  
in fœcitate; quia in hoc euentu ex se, & natura sua  
votum obligaret; licet se obligare adhuc posset, ex  
alio capite; nimis si fibi cœcum est nimis debile,  
ex prima pars responsionis probatur. Quia vota par-  
ticularia, & singularia, & præcipue solum bonum par-  
ticularium votentis respiciunt, obligant; iuxta men-  
tum præceptorum Ecclesiasticorum: at præceptum  
iuniū Ecclesiastici non obligat quem, post annum  
sextagesimum; ergo nec votum ieiunij. Si Authores  
prima sententia debent sentire. Secunda vero pars  
responsionis, constat ex dictis. Quia votum ex natu-  
ra obligat secundum intentionem votantis; ergo  
si intentio votantis se extendit expresse ad ieiunium  
diam citam post annum sexagesimum; etiam post hun-  
dredum obligatio voti ex natura sua; licet per ac-  
cidentem, & diximus, cessare possit obligatio ratione  
debet, & aliis. Roffius zbi Corvā p. 166.

## R E S O L . V I I I .

*An aliquis post annum quinquagesimum quintum libere-  
tur à ieiunio?*

*Et an saltem senex sexagenarius non sit adstrictus iein-  
nare?*

*Et in isto casu docetur annum sexagesimum sufficere esse incemptum.*

*Et quid, si quis vorit toto tempore vita sua singulis sex-  
tis Feriis ieiunare; an sit obligatus, dum annum sexa-*

gesum complet? Et an si quis sine causa in die ieiunii sumeret collationem serotinam mane, & sero postea canet, peccet saltrem venialiter? Ex p. 1. tr. 3. & Misc. 1. Ref. 9.

**S. I.** **A** ffirmatiuam sententiam in aliquo casu posse  
sequi declarauit nouissimè Remigius *in tr. confessar. tr. i. c. 4. §. 3. n. 1.* ybi sic ait: [Finalmente algunos indiferentemente escusan de la obligacion del ayuno a todos los que han cumplido cincuenta y cinco años *Tol. I. 6. c. 4. in addit. Angel. ver. Leinum. n. 5.* que despues de auer enseñado la doctrina commun idem dico de senibus, &c. dice assi,

2. Estas opiniones elija el prudente Confessor, no para enseñarlas absolutamente al penitente; sino para disimular quando algunos de sta edad sienten de mala afficion en sus ammos Itra ille.

3. Sed licet hæc sententia possit secundum aliquos procedere quodam mulieres, illam tamen, non amplector quodam homines, ut etiam fecit Leander de *præcept.* *Ecclesiast.*, *disp. 8 q. 18.* & quidem non parum laberimus in defendendo opinionem assertorem viros sexagenarios excusari à leimio, quod nouissime scrupulosè nominatim contra me non audet probare Peter Eymannus Busembaus in *medulla Theologiae moralis*

13. tract. 6. cap. 3. dub. 2. n. 2. verum præter alibi à me adductos nostram sententiam tenet Castrus Palauus tom. 7. dñspia. 3. punct. 2. §. 5. numero 6. vbi sic asserit; Valde probabilem reputo sententiam , quæ asserit sexagenarium annum terminum esse infallibilem obligationis Ecclesiastici ciuij finienda , quia nullus est , cuius natura ab anno sexagesimo non decrescat , & in interitum tendat. Sicut nullus est cuius natura vsque ad 21. annum non cetercat , & augeatur ; Nam esto viribus valeat , & pluribus adolescentibus robustior sit , attamen comparatione

suæ virilis ætatis infirmus est, & robore diminutus  
& in singulos dies maiorem sustinebit debilitatem.  
Si enim ex medicorum iudicio teste Lessio lib. 4. cap.  
pit. 2. dub. 6. num. 41. Senectus à quadragesimo quinto,

Alibi sup. in  
Ref. 5. in §.  
vlt. & in Refs.  
6. & inf. in  
Ref. 64 §. Et  
ideo. à prin-  
cip. vsque ad  
medium.